

1616 die prima martii

Reverendus presbiter David Georgii de Monticello, rector ecclesiae parochialis sanctae Mariae loci della Papessa, aetatis suae annorum 32, et curae animarum 160, ab annis sex circa, annui redditus l(ibrarum) ducentarum, examinatus circa regimen dictae curae et

Interrogatus quot sint precepta sanctae matris Ecclesiae. Respondit: septem, baptismus, penitentia, eucharestia, confirmatio, extr[em]a unctio, ordo et matrimonium.

Interrogatus quatenam sint precepta decalogi. Respondit: decem, duabus tabulis lapideis digito Dei inscript(a), quedam affirmativa et quedam negativa, negativa obligant semper et ad semper, id est (suo et ...) nominatim vero de illis non recordare.

Interrogatus quot sint virtutes theologales. Respondit: tres, fides, spes et charitas.

Interrogatus quot sint beatitudines. Respondit: octo, scilicet il primo consolar gli aflitti, amonir li peccatori, visitar li infermi, da[r] mangiare a quelli hanno fame, dar bere a chi hanno sete, vestir li nudi et albergar li pellegrini.

Interrogatus quot sint peccata in Spiritum Sanctum. Respondit non recordari.

Interrogatus quatenam sit materia et forma sacramenti penitentiae. Respondit: est preterita peccata plangere et plangenda non iterum comittere.

Interrogatus quatenam sit materia et forma sacramenti matrimonii. Respondit: consensus mutu[u]s est omnino necessarius et suffi[ci]ens causa matrimonii.

Interrogatus quid sit missa. Est consecratio sanguinis et corporis Domini Nostri Iesu Christi veraciter contenti sub speciebus panis et vini post consecrationem.

[14v] Interrogatus quidnam significet amictus et singulum quod in sacra missa sacerdos utitur. Respondit: l'amito significa la corona delle pongenti spine, il cingolo le funi con le quali fu ligato alla colona.

Prespiter David de loco Monticelli [*souscription autographe*]

[...]

[121v] Die ea paolo post in ecclesia beatae Mariae Avapezzae

Visitatio dicte ecclesiae parochialis sub titulo sancte Mariae Avapezzae, cuius titularis

est reverendus p(resbiter) Davit Georgii de loco Monticelli, cuius annui reddictus sunt scuta centum, possidet beneficium ab annis sex, anime centum sexaginta.

In primis vixitavit sanctissimum Eucharestiae sacramentum, quod conservatur in pisside, cuius copula est argentea deaurata et in eius interiori parte non est substractum corporale.

Non habe[n]t conopium sed tegitur a quodam vello laneo vetusto.

In feria quinta Cena Domini fit sepulcrum, quod de cetero mandat in sacro calice et non in pisside conservare sacramentum.

Confessionale reconcinetur affigaturque figura Christi crucifixi casusque sanctissimo domino nostro reservati.

Baptisterio est lapideum ex marmore.

Acqua est satis clara, que innovatur [122r] tantummodo in sabbato sancto.

Ciborium est omnino nudum sine aliquo conopeo.

Provideatur de sudariolis mundis et albis pro usu baptisantium.

Olea sacra conservantur in vasis stanneis cum bursis ceriseis in quadam capsula ligneo, ubi conservantur alia pauca seperletia ecclesiastica, ubique conservantur claves ferreae tabernaculi et baptisterii.

Mandat quod stuppae quae inserviunt ad usum administrandi sacramentum extremae unctionis infirmis, non in propria domo sed ad ecclesiam defferatur et in sacrario comburentur.

Sacrarium est maxime indecens atque sine cohoperculo et clavi.

Aspersio acque benedictae fit tantum in prima dominica cuiusque mensis.

Semiterium est ante fores ecclesie, et evellentur absindanturque septem olivarum arbores.